

· confirmetur et ita semper, ubique et in omnibus, indissolubilis persistat illa unitas quæ tamen locorum et temporum diversas necessitates non ignoret.

“ Tu enim, aiebat Sanctus Bernardus Eugenium Pam alloquens, tu princeps Episcoporum, tu haeres Apostolorum..... dignitate Aaron..... potestate Petrus, unctione Christus. Tu es cui claves traditæ, cui oves creditæ sunt. Sunt quidem et alii cœli janitores et gregum pastores; sed tu tanto gloriosius, quanto et differentius præ ceteris nomen hereditasti. Habent illi assignatos greges, singuli singulos, tibi universi crediti: nec modo ovium, sed et pastorum omnium, tu unus Pastor.”

Paternitatis Vestræ pedes exosculamur et super nos, necnon super utrumque hujusce provinciæ clerum, et super omnes oves nobis commissas Apostolicam imploramus benedictionem.

Quebeci, die 18 Maii 1878.

Sanctitatis Vestræ

Humillimi et obsequentissimi Filii

- † E.-A., Archiepiscopus Quebecensis.
- † L.-F., Episcopus Trifluvianus.
- † JOANNES, Episc. Sti Germani *de Rimouski.*
- † E.-C., Episc. Marianopolitanus.
- † ANTONIUS, Episc. Sherbrookensis.
- † J.-T., Episc. Ottawiensis.
- † L.-Z., Episc. Sti Hyacinthi.

IL
cu
se
ca
vir
sp
Tr
cu
Iu
bu
biu
tio
gra
dat
qu
18

R.